



**Hyperdulia Mariana**

**Berchmans, Johannes  
Canisius, Jacobus**

**München, 1636**

II. Hyperduliæ species, Ob amorem B. Virginis etiam SS. Iosephum &  
Annam diligere ac venerari.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

I.

**HYPERTVLIAE SPECIES.**

Ob amorem B. MARIAE  
Virginis etiam SS. Iosephum  
& Annam diligere & vene-  
rari.

§. I.

**A**MANS non tantummodo amatam,  
sed huius omnem quoque cognat-  
ionem familiamque amat. Sic Assue-  
rus ille ille Rex inclitus, amans Hesteræ,  
non hanc solam, sed huius patruum  
quoq; Mardochæum dilexit, & ad sum-  
mum dignitatis apicem euexit. Neque  
hunc solum coniugis amore ductus ex-  
altauit, sed omnem quoque eius gen-  
tem ab Aman Neci deditam seruauit,  
seruatam regijs fauoribus cumulauit;  
cumulatae, quò se tuerentur adversus  
hostes suos, eosdémque extirparent, im-  
perauit. Sic potentissimus ille rex Ægy-

Hester. 8. § 9. E 3 pt̄

pti non tantummodo Iosephum totius  
Ægypti Palæstinæq; , imò totius Mundi  
Saluatorem ( hic enim titulus honoris il-  
li datus ) suspexit, sed parrem quoq; eius  
grandæuum Iacob, omnēque eius libe-  
ros dilexit, eisq; optimam totius regni  
plagam Gessen dedit excolendam, habi-  
tandāmque. Charus nimirum fuit adeo  
Pharaoni Iosephus, ut eius vnius amo-  
re, cognatos quoque eius omnes, affi-  
nes, fratres, sorores, omnēmque fami-  
liam completeretur.

*Genes. 41. v. 45. Genes 47. v. 6.*

Ad eundem quoq; modū Berchman-  
nus non solam Virginem impendiò a-  
mauit; sed huius etiam cognationem fa-  
miliāmque omnem suspexit ac dilexit.  
Itaq; singulari quo flagrabat in B. MA-  
RIAM Deiparam Virginem pietatis &  
amoris affectu, arsit & ad amandum ve-  
nerandūmq; sanctissimam eius Matrem  
Annam, sponsūmq; Virginis integerri-  
mum ac pueri Dei fidissimum custodem

*Virg. Cepar. & Herm. Hug. Iose-  
Vit. pag. 163. & 29.*

Iosephum, nouissimè & felicissimè imitatus S. Teresam nouam quodam modo Ordinis Carmelitani fundatricem, & (præter alios quam plurimos domesticos sodales suos quos aliquando cum Deus ac Deipara annuerint in publicum proferemus) P. Balthasarem Aluarez, cui in Vallisoletano Collegio decubendis, cum Patrum nonnemo suggestisset, ut se S. Iosepho commendaret; respondit; Optimè dicis; sic enim B. MARIA mihi mandauit. Nam P. Balthasari in æde Lauretana oranti, aspectabili specie apparuit Magna Mater, eique erga S. Iosephum, pietatem commendauit.

*Vid. Baling. Kat.*

Porrò Berchmannus non tantum magno S. Iosephum coluit pietatis affectu, sed & opere, quod eius honori grande parabat. Nam quam plurima (ut Ceparius auctor est) beneficia, quæ fidissimus ille custos, suos in clientes contulerat, varijs è libris collegit.

§. II,

*Primum Hyperdulia*

Fuit, quod ipse Berchmannus affir-  
marit, nullà se vñquam acceptā repulsā  
irritum petitæ benevolentiæ discessisse,  
ex quo in eorum sese dederat clientelā.

III.

## HYPERDVLLIÆ SPECIES.

B. MARIAE DEIPARÆ

Virginis iconi frequenter, reue-  
renter, amanter, oscula libare.

§. I.

**P**la castaque oscula, pīj castique amo-  
ris symbola sunt, vt passim diuinus  
significat sacrarum codex literarum. Sic  
rebus, quas oppidò amamus ( si per in-  
olitum, sanctumque patriæ morem fas  
sit ) oscula libamus. Sic Isaac iam senior

*Genes. 29. 13. § 45. 14. ocu-*

*§ 48. 10. § 49. 34. Exod. 4. 27.*

*Luo. 15. 20. Act. 20. 37. Rom. 16. 16.*